Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Deus omnium regnorum et fidelium. Pro Imperatore
maxime protector imperii. da famulo tuo regi nostro. A.
triumphum virtutis tue fideliter exercere. ut qui tua con-
stitutione est princeps. tuo semper munere sit potens
per dominum. Secreta Suscipe domine preces pro hostias ecclesie
tue pro salute famuli tui regis nostri supplicantis. et
in protectione fidelium populorum. antiqua bracchii tui opera
mirabilia. ut sicut tibi semper fuerit fidelitas. per.
Compl. Sumentes domine perpetue clementie salutis. tuis
deprecamur clementiam. ut per ea famulum tuum. N. regem
nostrum. a bonis adversitate protegas. per. Pro rege et populo
Deus qui conteris bella et impugnatores in te sperantium potentia tue defensionis et
pugnas. auxiliare pro famulo tuo regi nostro populoque
sibi subiecto. pro quibus misericordiam tuam supplicater
imploramus. ut te parente remissionem peccatorum percipiant
et dicta sibi adversantia te adiuvante superare valeant
per dominum. Secreta Sacrificium domine quod immolamus. pu-
catus intende. ut ab omni nos erimus nequicia. et in
tue protectionis securitate constituas. et famulum tuum
regem nostrum. populumque sibi subiectum et a peccatis absolvas
et ab hostium visibilium et invisibilium insidiis tutum atque
securum efficias. per. Compl. Sacro sancta corporis et sanguinis
domini nostri Iesu Christi refectione vegetati supplices te
rogamus omnipotens deus. ut hoc remedio singulari famulum
tuum regem nostrum populumque sibi subiectum ab omni puritatis
contagione peccatorum. et a cunctorum mundas incursione
periculorum. per dominum. Pro episcopo
Omnipotens sempiterne deus. qui facis mirabilia magna
solus. prospice super famulum tuum episcopum nostrum.